

Herren von Weida und also auch der Herren von Plauen, folglich auch der Fürsten Reuß anzusehen, so findet diese Annahme eine Bestätigung in den unten folgenden chronikalischen Nachrichten.

Die zweite urkundliche Spur der Herren von Weida findet sich in einer Urkunde des Königs Conrad III. vom J. 1143, die Bestätigung des Klosters zu Chemnitz betr., welche in *Mascovii commentariis de rebus imperii romano-germanici sub Lothario II. et Conrado III.* 1753 S. 364 abgedruckt ist und auszugsweise so lautet:

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Cunradus, divina favente gratia Romanorum hujus nominis secundus rex, et praesentibus et futuris in perpetuum gratia vobis et pax. Notum esse volumus cunctis fidelibus, qualiter locus Kameniz dictus divino servitio sit mancipatus et a venerabili imperatore Lothario Romanae ecclesiae cum confiniis suis sit delegatus. Huic loco per circuitum sui termini duo miliaria sunt positi et sic regia traditione oblatus est locus Christo genetricique ejus, beatae Mariae, scilicet ut ordo monasticae professionis perpetualiter ibi conservaretur secundumque regulam beati Benedicti continue ibi sub abate militaretur. — — Concedimus igitur et statuimus nostra auctoritate, ut forum publicum praelati cellae illius construant cum omni libertate — — et per omnes regni nostri provincias incolae jam dicti loci absque telonii oppressione cum mercatu et sarcinis suis intrent et exeant, ut libertate ex integro concessa securius Christo serviant. — — Invasor igitur talis loci, regia nostra potestate coactus, auri purissimi C. libras componat, dimidium camerae nostrae et dimidium praefatae cellae. Praecepti hujus testes sunt hi: Fredericus, Magdeburgensis Archiepiscopus. Embrico, Würzburgensis Episcopus. Udo, Numburgensis Episcopus. Albertus Marchio et filius ejus. Otto comes de Rineke et filius ejus. Comes Ernestus, comes Lambertus, comes Rodulfus, comes Bernardus, comes Ludovicus de Lara, Sigeboto de Scartvelt, Christianus de Rotenburg, Burcardus praefectus de Magdeburg, comes Hoyerus, Ulricus et Gero fratres, Guncelinus de Grozne, Wernerius de Scudiz, Albero advocatus de Merseburg, Heinricus de Rodewa, Hermannus Burggravius de Misna, Heinricus de Liznik, Ludewicus de Wippera, Heinricus de Altenburg, Erkenbertus de Tecvitz, Christoforus, Gerhardus de Nubndiz, Germanus, *Heinricus de Wida* et alii plures.

Signum Domini Conradi Romanorum regis secundi invictissimi.